



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio I. Quæ in meis Luthero-Caluinisticis scholasticè pertractata confirmantur historicè per superius enarrata?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**



COPPENSTEINII  
 PARALIPOMENA  
 QVÆSTIONVM

LVTHERO-CALVINISTICARVM,

Exrecentitis Sæculorum præfatarum

ACTIS.

LECTOR: Quia reddo apud Bellarm. testata; non ipse  
 testata facio: idcirco testes citare supercedeo.

QVÆSTIO I.

*Que in meis Luthero-Calvinisticis scholasticè pertractata,  
 confirmantur historicè per superius enarrata?*

**P**ERAQVE ferè potiora, quæ  
 sunt Facti: Quæ autem Fidei,  
 quæq; Iuris Romano. Catho-  
 lica, velut Theorica; sunt,  
 quam hisce in Historicis, plura in Lu-  
 thero-Calvinisticis. Vtrisque tamen  
 communia huc ista accensio: exempli  
 memoriæq; causâ.

EX THEOMACHIA. Quæst. I. &c.  
 S. Scripturæ libri quot, qui sint Cano-  
 nici? Quæst. V. &c. Traditiones quæ,  
 quales, quatenus ortæ? De Christi Dei-  
 tate, ac Humanitate. Quæst. LXXIII.  
 &c. De Sanctorum beatitate, Cultu,  
 Reliquijs, Imaginibus, Templis, Festis,

Vsuque peregrinationum ac rerum be-  
 nedictatum, ac Purgatorio, &c. manife-  
 ste omni retrò testatur Historia.

EX ECCLESIOMACHIA. Quæst.  
 III. &c. De Regimine Ecclesiæ. Quæst.  
 VIII. &c. de S. Pontifice: eiusdem v-  
 traq; Potestate. Quæst. XXVI. &c. de  
 Conciliorum Autore, Præside, Forma,  
 Conditionibus, & autoritate. Quæst.  
 XXXIII. De Ecclesiæ Veritate, Visibi-  
 litate, ac Notis. Quæst. XLI. De Cleri-  
 corum à Laicis discrimine, Electione,  
 Ordinatione, inter sese Differentia, eo-  
 rum Cœlibatu, Temporalium vsufu-  
 ctu, & Exemptione. Quæst. LII. De

D 3

Mona-



Monachorum instituto, Votis, Habitu, ac Tonfura, &c. Quæst. LXX. De Lai- ci Magistratus instituto, Potestate, ac Officio. Quæ singula testis nostra et- iam producit Historica Demonstratio.

EX MYSTERIOMACHIA: Quæst. I. &c. De Sacramentorum Cauſſis, Numero, Effectu, Ministris, ac Vſu con- tinuo, &c. tum Omnium, tum Singulo- rum septem, nec plurium, nec paucio- rum. Qualia euidenter docet testis tem- porum ac gestorum historia.

EX CHARITOMACHIA: Omnis Romano-Catholica doctrina de Gra- tia amissa, reparata, eiusque vſu ad Iu- stificationem ac glorificationem, in- de ab origine nominis Christiani repe- rita, & hucusque sancte custodita, per S. Patrum Consensum luculentè de- monstratur. Porro istis Luthero-Cal- uinisticis, ex hisce Historicis, pauca quædam Ecclesiastico-politica vt sub- ijciam, Res, Vſus, Ratioq; postulare vi- dentur.

## QVÆSTIO II.

*An S. Petrus Roma sederit, obieritq;  
S. Pontifex ibidem?*

**A**ffirmatio docetur in Luthero- Calvinisticis meis *part. 2. q. 8.*

OBIECIUNT Velinus, Caluinus, Illyricus multa historica, apud Bellarm. *lib. 2. c. 5. de Pon- tific.*

I. Autores, affirmantes Petrum venisse Ro- mam, dissentiant in tempore, quando venerit: Oroſius ait, initio regni Claudij: S. Hierony- mus, secundo anno Claudij: Fasciculus tem- porum 4. anno. Passionale 13. anno Claudij.

II. In Petri successoribus mira varietas: Nam Tert. & Hier. ponunt post eum Clementem:

Optatus, Augustinus Linum, Clementem: I- renæus, Euseb. Epiph. Hiero. ponunt Linum Cle- tum seu Anacleum, Clementem: Et jux- ta Cletum & Anacleum faciunt vnum. Quæ discor- dia indicium est falsitatis.

RESPON. Ad I. Sæpe constat de rei substantia; at non de circumstantia: Ita constat de Christi morte in cruce; at controuertitur de tempore: Nam Tertull. Lactantius, &c. volunt ætatis anno 30. Ignatius, Euseb. anno 33. Onu- phrius, &c. anno 34. Irenæus vult annū ferè 50. attingisse. De die ac mente mor- tis maior est diuersitas opinatum. Item, de annis Regum Perſarum, Samuelis, Saulis, &c. Orbis conditi; non tamen de regibus ac Re dubitatur. Ita Petrum Romæ fuisse, historia constat: quando, variat. 2. Deinde: Inter autores bonos non est discordia: Fasciculus, & Passio- nale sequuntur Marianum Scorum, si- bi ipsi in hoc alibi contrarium; ideoque contemnuntur.

Ad II. Esto, discordetur quis suc- ceſſerit Petro; non tam dubitatur, quin aliquis succederit. Sicut Quis fuerit maritus Estheræ; fuisse tamen aliquem constat. 2. Deinde: Istud constat à Pe- tro ante passionem suam designatum Clementem; ita Tert. Hier. Ruff. Clemens l. 7. Const. c. 37. Anacletus epist. 1. &c. at Cle- mentem sublato Petro, sedere noluisse, dum viuerent Linus & Cletus, Petri ad- iutores. Vnde primus à Petro fuit Li- nus: Ita Epiphanius, Qui autem po- nunt Clementem, ij loquuntur de De- signatione Petri, non de Facto Linus; qui in certamine humilitatis à Clemente se- vinci permisit. Lino succedit Cletus; huic Anacletus: ita Iren. Euseb. Epiphani- us. Hier.